Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30288
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



lucre splendentes in accessibili. & splendore digni effecti beate & in diuine unitatis. Talia quoque barlaam usq; ad uespam. & per totam noctem loquebatur iosaphat in effabili dolore deceptus. & separationem non ferens. Hoc uero illucescente die ad eius colloquionem finem. eleuatis in celum manibus & oculis. & gratias actionem deo referens ait.

Domine deus meus qui ubique presens es & omnia imples. gratias ago tibi quia respexisti humilitatem meam. & in orthodoxam confessione. & in uia mandatorum tuorum dignum me fecisti cursum consummare huius incolatus mei. & nunc optime domine & misericordissime suscipe me in eterna tabernacula tua. & ne recordetis peccata quia peccaui scienter & ignoranter. Custodi etiam & hodie fidelem famulum tuum. cum esse me uoluisti indignum famulum tuum. Fac eum abominantem. & temptationem aduersarii. & amore illius facinoris laqueis qui in laqueum malignum posuit omnibus qui salui fieri uoluerunt. Dispde omnipotens deus omnem uirtutem seductoris a facie serui tui. & da ei potestatem eos euellendi nequissimum capiat hostis animas nostrarum. Mitte eratio gratiam sancti spiritus tui. & corroborata illum ad uersus inuisibiles hostes. & victorie meritum a te coronam accipe. & magnificet nomen tuum in ipso quia te decet gloria & laus in secula seculorum. finita oratione. patrono affectu amplexatur iosaphat. osculatur eum in osculo sancto. signoque crucis semetipsum signauit. & pedibus eremitis exhilarato mutuo queuerunt in pace. senex & pleni dierum.

Cum iosaphat corruens super eum flentibus atque suspiriis gemitibusque dolorisa faciens. & lacrimis corpus abluens. ac laneo panno quod dederat ei in palatio uolueus. decurrabat psalmos per totam diem & per totam noctem psallens partem & lacrimis. ueneranda beati madefaciens corpus. Sequenti uero die sepulchrum faciens ipse spelunca. & religiose ualde eum summa reuerentia sacra glebam deferens. in monumentum deposuit spalem patrem boni ac uenerabilis filii. & flagranti animo adunitissima se extendens oronem ait. Domine deus meus audi oratione mea quia clamauit adte. miserere mei & exaudi me. quo te exerto corde meo quero. Ne auertas faciem tuam a me. ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor meus esto ne derelinquas me. neque despicias me deus salutaris meus. Cum pater meus & mater mea dereliquerunt me. dominus autem assumpsit me. Lege pone in domine uia tua & dirige me in semita recta. propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me. quo inter pericula eruerero. de uentre matris mee deus meus estu. ne discesseris a me. quo preter te non est qui me adiuuet. Ecce enim in multitudine miserationum tuarum spem posui anime mee. gubernatorem meum qui omnem creaturam in effabili sapientia puidentia regis. Et nota fac mihi uiam in qua ambulem. & saluum me fac quo bonus es amator hominum. oratione

nibus & intercessione famuli tui barlaam. Qua uiso deus meus. & te glorifico patrem & filium & spiritum sanctum. Finita oratione uiuta sepulchrum sedebat flens. & sedens obdormiuit. Et uidet terribiles uiros illos quos & prius uiderat. uenientes ad se. & deducentes in maximum illum & mirabile campum. deinde ad gloriosissimam & splendidissimam mansionem ciuitatem. Ingrediente uero illo alii obuiabant. multo fulgentes lumine. coronas in manibus ferentes. in effabili decore resplendentes. & quales humanum oculum nunquam uiderit. Interrogante uero iosaphat cum suum coronis quales splendidissime qui certum responderit. Tibi quidem una propter multas animas quas saluasti preparata est. ornanda uero nunc amplius per exercitationes heremitice quam pagis. si tamen uiriliter in hac uita. ad finem perduraueris. Ita uero tua quidem & ipsa si; patrem tuum oportet te exhibere. quia per a uia mala declinando. & penitentiam uiriliter agendo. reconciliatus es deo. Iosaphat itaque audito. festinanter & meste hoc accepit & dixit. Quomodo impossibile est. cum impar in quantitate sustinui patrem meum adipisci domum. propter solam penitentiam. Dixit hec & barlaam. sertim estimabat se uidere. qui exhibiuit & dicentem. Isti sunt sermones mei iosaphat qui aliquando dicebam tibi. quia cum pedines fuerit non beneficium erit. & ipse festinabat in uerbo. Hec autem quomodo mirabatur es de equi honore. tuum & patris. & non posuerat animo. quia eratu dita est tua multa per ipso oratio. Iosaphat autem per mos erat ei semper dicere. ignosce ut pater ignosce. & ubi habitat ostende mihi. In hac inquit senex speciosa & magna ciuitate. habitationem habere meum. in media urbis platea. luce fulgentem eximia. Rogare uero rursum iosaphat barlaam se putabat. ut eum induceret in habitaculum. & affectuose in hospicio suo retineret. Si; non diu temporis uenisse dicebat ille. quia ad illa possit uenire tabernacula. adhuc onerati subiectus corporis. Si uero uiriliter perseuerauerit. quem admodum mandauit. ueniet paulo post & eisdem digni efficiemur mansionibus. & tunc gloriam sequeris. & cum gaudio fruetur. & in eternum simul erimus. Et accitatur uero a somno iosaphat. luce illa & in effabili gloria habebat animam adhuc sacratam. & cum multa amicitia

[illegible] oratione
dulcio gratias referebat uiro mundi. Mansit autem usque ad finem uite sue angelica uitaeit in ita diuersa conuersatione. & diuiore exercitatione per annum senis mensis. Et tanis quidem sue. a. v. terrenum deseruit regnum. & heremitica subiit laboreum. nigumia uero & quinque annis in hac heremo ouersatus est. Multas pro animas hominum diabolo subripuit. & do saluandas obuiat. &